Pellegrini, Vincenzo. Missarum liber primus . . . Venezia, Coenobio Sanĉti Spiritus Venetiarum. 1604. RISM P1178. Probably the same edition as RISM P1177 [deleted in Addenda]. Another edition of 1604 (RISM P1179).

Title:

SANCTISSIMO. DOMINO. NOSTRO
CLEMENTI. OCTAVO
PONT. OPT. MAX.
VINCENTII
PELLEGRINI
PISAVREN.
CANONICI
MISSARVM LIBER PRIMVS
[Engraving of Clement VIII with his escutcheon above left shoulder]

Impreſſum in Cœnobio ſanĉti Spiritus Venetiarum. M. DCIIII.
Superiorum permiſſu.

Dedication:

AD BEATISSIMVM CLEMENTEM | OCTAVVM PONT. OPT. MAX. | [orn.] | VINCENTIVS PELLEGRINVS | PISAVRENSIS CANONICVS. |

CONGRVVM fuit (Beatiſs. Pater,) vt, quemadmodùm in cœlis Angeli, ita | homines in terris Dei Creatoris optimi laudes concinnè modularentur, cùm vnus | homo rationis particeps ſit Angelis quam ſimillimus, & præceteris animantibus | concentus Muſices probè noſcat, ſoluſq; Deum colat, ac eidem omnia grati ani-|mi argumenta colendo in dies exhibeat. Quamobrem huiuſmodi laude digna te-|nuit conſuetudo, à priſcis vſque deduĉta temporibus, vt in ſacris Aedibus Dei altiſsimi laudes | muſicali concentu celebrarentur. Cùm igitur in Muſices arte ego (quantuncunque munus hoc, | & beneficium à Deo mihi tributum, atque impertitum ſit) maximè elaborauerim: nonnullas | modulationes ad Organi ſonum moderandum elocubratus, iàm quatuor ab hinc annis edidi: | quas quidèm, etſi perexiguè, tamèn ad eccleſiaſticos concentus accommodatas fore non dubi-|to. Nùnc vero Miſſas oĉto cantus modulamine expreſſas, ac in ſanĉtiſsimo Altaris ſacrificio | adhibendas, Tibi, Sanĉtiſs. Beatiſsimoque Clementi quo ad eius facere potui, modulatus, con-|ſecrandas exiſtimaui; qui animum induxerim meum, Beatitudinem tuam Tyrio licèt murice | inſignitam. auĉtoritate ad Deum accedentem, rebus præclarè & ſanĉtè geſtis ſuperiores ſum-|mos Pont. longè præſtantem non tamèn aſpernari eos, qui in artibus ingenuis dies, noĉteſq; in-|uigilant; vt, ſi fieri poteſt, excellant. Immò fama percrebuit toto Terrarum orbe, Clementem | Pont. Opt. Max. adeò virtutes ſubleuare iacentes, adeò ingenijs fauere, & optimo cuiq; opitulari, | & ſubſidio eſſe, vt hoc ſęculū verè fęlix, verè aureum, & auguſtum haberi poſſe videatur. Per Te | enim ſacra Theologia reuiuiſcit, Philoſophia æſtimatur, Diſciplinæ cùm naturales, tùm diuinæ | in

nouam quaſi lucem ex ſummis tenebris reuocantur, Venerandaquè ſanĉtiſsimarum legum | Maieſtas per Te Maioresq; tuos ad tātùm rerum humanarum faſtigium euecta eſt, in penitiori | tuarum Aedium parte ſic per humanitèr excepta, ſicquè colluſtrata; vt vna Aldobrandina do-|mus perpetua iuris prudentiæ ſedes, & domicilium, atque claris tantorum tuæ familiæ ſapien-|tum Virorum dictis, & reſponſis veridicum Iuris ſcientiæ oraculum eſſe videatur. Muſicæ ve-|rò facultas tantùm per Te ipſum, & abs Te vno accepit incrementū, vt, quæ iàm ad inclinatam, | & propè iacentem fortunam redacta videretur, in tantam modò dignitatem, ac amplitudinem | aſcenderit; vt cæteris omnibus artibus, & diſciplinis præpoſita excellat. Atque id facis tuo me-|rito; eſt enim rationi maximè conſentaneum, vt eius præcipuè facultatis, qua Deo Opt. Max. | laudes ab hominibus concinnuntur, is intèr homines protector exiſtat, qui eiuſdem omnipoten|tis Dei ſupremas in terris vices, ac munia ſuſtinet. Tandem Virtutes omnes, nec non elegantio-|res, ac politiores literæ in ſumum per Te honorem deuenerunt. Quaproptèr Tibi hæc omnia | debentur, Tibi accepta referuntur, atq; abs Te vno non ſolùm Italia, ſed etiam tota Europa, ac | Orbis terrarum vniuerſus hoc tantùm, tamquè egregium, & ſingulare beneficium recognoſcit. | Accipe igitur (Clementiſsime Paſtor) haſce meas Muſices lucubrationes, meæ perpetuæ erga | Tuam Sanctitatem obſeruantiæ teſtes. Atque hoc, ſi mihi contigerit (quæ tua eſt ſumma beni-|gnitas,) ampliſsimum fructum putabo me conſecutum, atque animi tui magnitudini ſatis cu-|mulatè feciſſe. Interim ſic Petrus, in cuius locum es ſuffectus, ſic Te Chriſtus, cuius perſonam | intèr mortalis geris, Chriſtianæ Reſpubl. diutiſsimè, fœliciſsimeque ſeruet incolumem. |

Dat. Venetijs. M. DC. III. |

Index:

INDEX MISSARVM
[orn.]

MISSÆ QVATVOR VOCIBVS

Miſſa Aue Regina cœlorum
Miſſa Oſanna Filio Dauid
Miſſa eſtote Fortes in Bello
Miſsa Paris Vocibus
Miſsa Breuis

QVINQVE VOCIBVS

Miſsa Sine Nomine
Miſsa Quam Pulchri ſunt
Miſsa Defunctorum
[orn.]

Contents:

Miſſa Aue Regina Cælorum   Quat. Voc.
Miſſa Oſanna Filio Dauid   Quat. Voc.
Miſſa eſtote Fortes in Bello   Quat. Voc.
Miſſa Paris Vocibus   Quat. Voc.
Miſſa Breuis   Quat. Voc.
Miſſa Sine Nomine   Quinq. Voc.
Miſſa Quam Pulchri Sunt   Quinq. Voc.
Miſſa Defunĉtorum   Quinq. Voc.
  Requiem eternam dona eis domine
  Kyrie eleiſon
  Dies irae dies illa   Sequentia (odd-numbered verses)
  Domine Ieſu Chriſte Rex   Offertorium
  Sanĉtus
  Agnus Dei
  Lux eterna luceat eis domine

Structure:

Single volume: No printer's registers. 11 fascicles, 4ff. each. 88ff., 176pp.
Dedication. Index.
[blank folio at end missing from GB-Lbl copy]

Remarks:

Choirbook folio format. Since the title page of 1603 edition (RISM P1177) is missing, this may well be the same edition. The date 1604 on this title page is contradicted by the date after the dedication, 1603, the date assigned by Gaspari to RISM P1177, based on the same dedication. RISM P1177 is deleted in Addenda. GB-Lbl copy has date of dedication hand-corrected to M.DC.IIII. Copies consulted: **GB-**Lbl; **I-**Bsp, Rvat sist.
RISM P1178, PP1178.   Probably the same edition as P1177 [deleted in Addenda].
Another edition of 1604 (RISM P1179).